# Badische Landesbibliothek Karlsruhe

## Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe


# Bedae expositio in Actus apostolrum - Cod. Aug. perg. 43


### Beda <Venerabilis>



### [Reichenau ?], [14. Jahrh.]


Epistola tertia Iohannis.


urn:nbn:de:bsz:31-64495



Visual Library

qui a ueritate deuiauerant habe
re pateretur, sicut et paulus
dicit, hereticum hominem post
primam & secundam correptio
nem deuita, sciens quia peruer
sus ē huiusque modi et peccat cū
sit a semetipso damnatus;
SALUTANT TE FILII SORO
ris tuae electae,
Sicut aduersarius ueritatis ha
ue dicere prohibet. Ita e contra
rio electos ex persona electorū
salutat. ut et infideles detes
tentur ab omnibus bonis. si
forte uel sic corrigi uelint. et
fidelium semper ad inuicem
pax augescat et caritas.

# EXPLICIT
# SECUNDA
# INCIPIT
# TERTIA

SENIOR GAIO CARISSIMO.
quem ego diligo in ueritate.
Qui uel qualis fuerit iste gaius
in processu epistolae monstratur
quia uidelicet fidem xpi quam
perceperat. bonis accumulabat
actibus. et si ipse ad praedican
dum uerbum minime sufficie
bat. eos tamen qui praedica
rent de facultatibus suis susten
tare gaudebat, hunc autem
esse gaium arbitramur cuius
in epistola ad romanos paulus
meminit dicens, salutat uos
gaius hospes meus. et ecclesiae
totius, quia enim hospes et
qui suscipit et qui suscipitur
appellari consueuit. Gaius
erat hospes uniuersae ecclesiae.
quia omnes qui ad se ueniebant.
et praedicatores uidelicet et
auditores uerbi benigne susci
piebat. sicut et huius episto
lae sequentia manifeste de
clarant, Unde et iohannes
eum in ueritate diligit. hoc ē.
non temporalium gratia
commodorum sed solo peren
nium bonorum quae eum dili
gere uidet intuitu, fuisse
autem gaius corinthi uidetur
ex eo quod paulus illam mora
tus in ciuitate. epistolam
scripsit ad romanos. quos &

ex eius persona salutat, sed et in
epistola ad corinthios .I. gaii quae
si ciuis corinthii meminit dicens;
Gratias ago deo meo quod nemi
nem uestrum baptizaui nisi
crispum & gaium. Ne quis di
cat quod in nomine meo bapti
zati estis;

CARISSIME DE OMNIBUS
orationem facio prospere te
ingredi. & ualere sicut pros
pere agit anima tua;
Hoc inquit a dno crebris exop
to precibus. ut quod bene agis.
bene perficias; Et sicut nunc
anima tua id est interna men
tis intentio prospere agit.
id est proficit in elemosinarum
operibus. abundante tibi et
bonitate animi dapsilis. et
pecuniarum facultate indi
gentibus largiaris; ita sem
per uirtutibus plenam dno
adiuuante uitam ducere possis;

MAIOREM HORUM NON
habeo gratiam. quam ut au
diam filios meos in ueritate
ambulantes; Id est ut eos quos
praedicando uel baptizan
do filios deo genui. cognoscam
ueritatem et recte fidei et
bonae operationis
obseruantes.

CARISSIME FIDELITER FACIS
quicquid operaris in fratres.
& hoc in peregrinos;
Fideliter facis dicit. pro eo ut di
ceret sicut uere fidelis ita facis;
ostendis ex operibus fidem
tuam.

PRO NOMINE ENIM PROFECTI
sunt nihil accipientes a gen
tibus; Cum dicit pro nomine.
subaudiendum est dni ihu xpi;
sic enim loquebantur antiqui;
Duabus autem ex causis pro
nomine dni sunt profecti.
Aut ad praedicandum scilicet
nomen eius propria sponte
uenientes. aut propter nomi
nis sci fidem et confessionem,
a ciuibus siue contribulibus
suis patria expulsi.

NOS ERGO DEBEMUS SUSCI
pere huiusmodi ut cooperatores
simus ueritatis; Iungit se beatus
iohannes qui omnia dimiserat
propter xpm personis fidelium
diuitum; quatenus ita eos ala
criores reddat ad miserendum
pauperibus et peregrinis; Nec
discredendum est illum ueraci
ter dicere potuisse. quod paulum
dixisse legimus; Ipsi scitis quoniam
ad ea quae mihi opus erant.
et his qui mecum sunt ministra
uerunt manus istae omnia
ostendi uobis. quia sic laboran
tes

oportet suscipere infirmos. ac me
minisse uerbi dn̄i sicut dixit, bea
tius ē magis dare quam accipere.
Cooperatores autem eos dicit
ueritatis. qui a qui spiritalia
dona habentibus temporalia
subsidia tribuit. in ipsis donis
spiritalibus cooperator exsis
tit; Nam cum pauci sint qui
spiritalia dona perceperunt.
et multi qui rebus abundant.
per hoc se diuites uirtutibus
pauperum inserunt. dum eis
dem scis pauperibus de suis di
uitiis solacia(n)tur. hinc etenī
dn̄s ait, qui recipit prophetā
in nomine prophetae. merce
dem prophetae accipiet.
Et qui recipit iustum in nomine
iusti. mercedem iusti accipiet;
SCRIPSISSEM FORSITAN
ecclesiae sedis qui amat pri
matum gerere in eis diotre
pes non recipit nos;
Diotrepes ut uidetur erat he
resiarchae temporis illius ali
quis superbus et insolens. mal
lens noua docendo primatū
sibi usurpare scientiae. quā
antiquis scāe ecclesiae quae
iohannes praedicabat humi
liter auscultare mandatis;
Unde bene diotrepes speciosus.
insulsus. siue decor insaniens

interpretatur. ut perfidiam
cordis etiam nomine signet.
PROPTER HOC SI UENERO
commoneam eius opera.
Id est in omnium notitiam ma
nifestius arguendo producam.
Juxta illud apostoli pauli, quid
uultis in uirga ueniam ad uos.
Quae facit uerbis malignis.
garriens in nos; Notandum
quod linguas detrahentium
sicut nostro uitio non debemus
excitare ne ipsi pereant. ita
per suam malitiam excitatas
debemus aequanimiter tolera
re. ut nobis meritum crescat;
Aliquando autem etiam con
pescere ne dum de nobis mala
disseminant eorum qui audire
nos ad bona poterant corda in
nocentium corrumpant.
hinc est quod iohannes obtrec
tatoris sui linguam redarguit.
ne eius praedicationem non au
dirent qui audire poterant
et in prauis morib; remanerent.
CARISSIME NOLI IMITARI
malum. sed quod bonum est.
Quod bonum imitari illum uel
let. subdendo aperit dicens.
DEMETRIO TESTIMONIU(M)
redditur ab omnibus;
Qui uidelicet ipse susciperet
infirmos. et egentes pro ueritate

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

sustentat &. hunc ergo gaio imi
tandum proponit. ut similiter om
nium laude possit et ipse dignus
existere.

PAX SIT TIBI. SALUTANT
te amici. saluta amicos per no
men. Amicis gratiam pacis
mandat et salutis. ut per haec
demetrium. ceterosque veritatis
inimicos. a salute et pace vera
monstret extraneos.

# EXPLICIT
# TERTIA
# EPISTOLA
# IOHANNIS
APOSTOLI.

# INCIPIT
# EPISTOLA
# IUDAE
# APOSTOLI

IUDAS IHU XPI SERUUS FRAT
autem iacobi. his qui in dō pa
tre dilectis. & ihū xpo conserua
tis uocatisque.

Iudas apostolus quem in euange
lio mattheus et marcus thad
deum appellant. scripsit contra
eosdem fidei corruptores. quos
et petrus. et iohannes in suis
damnant epistolis.

CARISSIMI OMNEM SOLLICI
tudinem faciens scribendi uo
bis de communi uestra salute.

De communi eorum salute dicit
de illa salute. quae ipsi et illis
erat communis. Omnium nam
que electorum una & commu
nis ē. salus. fides & dilectio xpi.

DEPRECANS SUPERCERTARI
semel traditae scīs fidei.

Deprecans non aliam fidem
discere quam eam quae semel
tradita ē. uobis ab apostolis.
sed pro hac certari semper us
que ad mortem.

SUBINTROIERUNT ENIM